Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26421
Copyright: Admont, Benediktinerstift

suppellectili plus scire velle quam sat est. Sari est superuacua scire quam nichil. ¶ Terenc. Nulla tam difficilis
res est quin querendo investigari possit. ¶ Macrob. Religionis honor est diebus sacris diebus studium litterarum.
¶ Plini. Humiles et sordidas curas aliis manda. ipse te in alto pinguique secessu studiis asseras. aliquid
finge ut excute quod sit perpetuo tuum. ¶ Idem. Dulce honestumque ac pene omni negocio pulchrius est
studere. ¶ Idem. Nulla est tempus asperitas studium tempus eripiat. nam perit omne tempus quod studiis non impertitur.
¶ Gal. Pauca nec studia honorant et naturali vicio fixum est radicatumque pre omnibus humanis ut qui non intelli
gunt artes non mirentur artifices. ¶ Tullius. Maiorum cura est sit quadam opere de te minas gratias re
ferat quod quadam iuniorum iniurias et delictum compescuit. ¶ Idem. Quo minus honoris est poetis eo minora sunt
studia. ¶ Pitagoras. Honestam artem quam bene didiceris sequere. ¶ Idem. Duorum temporum maxime habenda est cura
et eorum que acturi sumus et eorum que gessimus. ¶ Menander dixit. Compendiosa eos via ad gloriam peruenire
qui darent operam ut quales vidi vellent tales essent. ¶ Socrates. Si nichil discis dediscas. ¶ Idem. Certis
ingeniis inmorari et inutri oportet si vis aliquid ad intellectum firmius sedeat quod nusquam est qui ubique est.
¶ Idem. Docto homini et erudito viuere est cogitare. ¶ Idem. Grecorum prouerbio semper quod quis nouit artem
in hac se exerceat. ¶ Idem. In minoribus est excercendus qui in maioribus vult esse ydoneus. ¶ Idem. Nisi per
te sapias frustra sapientem audies. ¶ Idem. Stultum est nulla re opus esse nulla non uti scit. ¶ Idem. Sic dis
cas tanquam semper victurus sic viuas tanquam statim moriturus. ¶ Pitagoras. Debet viatice senectuti
litterarum eruditionem preparare. ¶ Persius. Discendo ne defecis. ¶ Plato. Litteras in sapienti animo tanquam
baculum in infirmo corpore esse reputas.

S Eneca. Non refert quam multos libros habeas sed quam bonos habeas. lectio certa prodest varia delectat. ¶ Idem. **De Lectione.**
Distrahit librorum multitudo certis ingeniis inmorari et inutri oportet si vis aliquid tecum quod in animo fideliter
sedeat. ¶ Idem. Negligentem corporis amor litterarum facit. Alit lectio ingenium et studio fatigatum non sine
studio tamen reficit. ¶ Plini. Nichil legas quod non excerpas. Nullus est tam malus liber qui non ex aliqua parte
prosit. ¶ Idem. Sapiens studiosusque lector debet non diuisis conferre diuisa sed singula expendere nec
deterius aliud putare quod est in suo genere perfectum.

S Eneca. Multum habet mali malum occupatio homo et bonis suis obsessus quam qui alios putat quibus ipse non **De Occupatione.**
est quod beneficio sua iudicat ad conciliandos alios cum quidam quo plus debent oderunt. ¶ Idem. Facile est occupationes evadere si occupationis precia contempseris.

S Eneca. Generosos animos labor nutrit. Laborem si non recuses parum est poscere. Non est viri timere **De Labore.**
sudorem huic et ultro accedat. ¶ Idem. Non potest fieri ut non aliquando succedat multa temptanti. ¶ Idem. Spes
premium solacium est laboris. ¶ Idem. Non vir fortis ac strenuus qui laborem fugit.